



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Benedicto abbate et confessore. Cap[itulum]. ccxiiij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

## Liber

De sancto Archypo discipulo. Cap. cccij.

**A**rchypus discipul<sup>9</sup>  
apostoli pauli fuit. Cuius comiti-  
onis sui ides apostolus meminit  
scribens colofcensib<sup>9</sup> ad col. quar-  
to. Qui ab eodem apostolo ibide  
predicationis gratia dimissus: post coplerum  
eius ministerium perrexit ad dñm. xij. kalen.  
aprilis: vt hieronymus in martylogio testatur.

De sancto Eudberto epō. Cap. cccij.

**E**udbertus eps: vt  
dicit beda quarto libro hysto-  
rie anglorū vir sanctus et vene-  
rabilis in insula modica q̄ ap-  
pellatur pharnes: et ab ecclesia  
lyndisarcensis nouē milibus

passuū distat in oceano vitam solitariam pluri-  
bus annis duxit. Fuit autem primo monachus  
monasterij melros: quod in ripa nudi fluminis  
positum est: sub abbate etha: cuius et post mor-  
tem successor extitit. Inde ad curiam lyndisar-  
censis monasterij vocatus ibidem diutius man-  
sit. Deuenit post hec ad insulā pharnesem omni  
cultu et habitatore desertā cupiens solitariam  
ducere vitam. A qua et plures infestationes de-  
monum expulit: et fontem vsuū fratribus suis  
de terra pduxit: qui sibi vsq̄ in p̄sens scaturit:  
sibiq̄ edificato nouo cenobio cōgregationi ana-  
choritarū pluribus annis presuit. Deinde post  
mortē theodori lyndisarcensis archiepi quāuis  
satis restitisset: archiepiscopus ordinat. In qua se-  
de verbo semper et exemplo populū instanter  
docuit: et miraculorū signis vitam incitram du-  
xit. Post hec autem quia obitū suum de pro-  
ximo futurum diuina reuelatione prenouerat:  
ad monasterium suum rediit: vitæ residuū ibide  
consummare desiderans. Ubi dum quidam sanc-  
tus presbyter herbertus eius intimus ipsum  
visitasset. Eudbertusq̄ ei suum transitum pre-  
dixisset: rogauit eum instantius presbyter: vt  
vna secum sibi occubere liceret. Qui oratione  
facta sibi a domino quod poposcerat: impetra-  
tum nunciauit. Reuersus itaq̄ ad ecclesiā suā  
herbertus anno integro ante obitū sancti viri  
languore detentus die et hora qua ille obiit: et  
hic ex hoc seculo transmigravit: scilicet decimo  
tertio kalendas aprilis. Cuius corpus ad ec-  
clesiam lyndisarcensem delatum: et in solo se-  
pultum est. Eum autem post annos vndecim le-  
uaretur: vt supra pauimentū honorabilius loca-  
retur: integrū et omnino incorruptus repertum  
est: et vestes quib<sup>9</sup> indutus fuerat: illibate nul-  
la vetustate consumpte. Qui successit sanctus  
eadebertus sanctitate clarus: qui decedens in  
eodē tumulto cum sancto Eudberto positus est:  
ubi ambo requiescunt miraculis prepoliores.

De sancto Tulpbrantio epō. Cap. cccij.

## Tertius

**V**ulphranti<sup>9</sup> seno

neñ. episcopus successor: laber-  
ri ex territorio vastines. inclyr<sup>9</sup>  
fuit in aula regis Dagoberti et  
filiij eius ludouici patre milite  
noberto progenitus. Qui pri-  
mus a christo admonitus assumpris secū a san-  
cto ausberto tunc rothomageni. epō quibusdam  
socijs de monasterio fontanelle genti frironuz  
christi euangeliū predicauit. Cum autē per  
mare nauigās in nauī celebraret: et patenā of-  
ferre veller: de manu diaconi casu patena pla-  
bis: et in mare demergit. Sed orante sancto pa-  
tena in manu diaconi diuinitus reponit. Dū  
autē saxontibus predicaret: die quadā iuuenem  
laqueo appēsūm reperit: quē illi forte eleger-  
ent: et more sue gētilitatis suspensum demo-  
nijs imolare volebāt. Quē illico cētis sola ora-  
tione dirupto laqueo: et ipō illeso cadere a mo-  
te eripuit: et tali miraculo multos ad fidem cō-  
uertit. Cum autē filiū ducis rathboldi bapti-  
zasser: et abts iduisset: ille subito exspirauit: qd̄  
episcopus idcirco a deo obtinuit: ne iuuenis a  
patre gentili ad culturam idoloz reduceretur.  
Completa hō pdicatione sua post annos quiq̄  
reuersus ad ecclesiam suā ep̄atui resignauit. Et  
ordinato sibi successore gerico: i monasterio fon-  
tanelle monachus fact<sup>9</sup>: vitā in sanctis opibus  
cōsumauit anno dñi. cccccxi. xij. kal. aprilis.  
Sepultusq̄ est iuxta sanctū vandegisillum.

De sancto Benedicto abbate et  
confessoze. Cap. cccij.



**B**enedict<sup>9</sup>

abbas cui<sup>9</sup> vitam  
gregorius. ij. dia-  
log. scribit ex nur-  
sia prouincia: claris parētis  
bus ortus. Eum roine libe-  
ralibus studijs tradit<sup>9</sup> eēt:  
in ipsa infantia mūdum des-  
seruit et desertum petere de-  
creuit. Quem nutritrix eius  
ipsum tenere diligens vsq̄ ad locum qui effide  
dicitur secuta est: vbi dum ad purgandū triticum  
capisteriū muruo accepisset: illud cadēs in ter-  
ram fractū fuisse. Benedictus nutritrici flenti cō-  
passus capisterij partes accepit: et oratione sus-  
sa ipz reintegravit. Post hec nutritricē fugtēs in  
locum qui sublacus dicitur deuenit: vbi trīcento  
hominibus cunctis excepto romano monacho  
icognitus māstr: qui ei necessaria ministrabat.  
Et cū ad specū ipsius iter nō esset: panē in fune  
ligatū ei deponebat: in quo et tintinabulū liga-  
uerat: vt ad eius fontē benedictus panes sibi  
delatum audiret. Sed diabolu ex inuidia pro-  
fecto lapide tintinabulum fregit: nisi hominū  
tū romanus sancto ministrare aliter non desit.

## De sanctis in mēse martij occurrētibus Fo. lxxix.

Post hec dominus cuidā presbytero qui die pasche sibi refectionem parauerat apparuit: et ut cibos viro dei tali in loco ferre deberet admonuit. Qui cum multo labore ad eum veniens: Inuitavit patres: ut cibos sumeret: quia eo die pascha esset: qui respondit: quere pascha esset: ex quo illum videre meruisset: longe quippe ab hominibus positus: quod die eadē paschalis foret solennitas ignorabat. Sicque benedictentes dominum ambo refecti sunt. Quadam die autē illa merula circa faciem eius voltante: signoque crucis effugata tanta libidinis tentatione accessus est: quantā nunquam expertus fuisset. Qui in spinis et vepribus adeo se voluit: quod exinde rotas cruentus et laceratus exiit. Et sic per cutis vulnera mentis vulnus eduxit. Ab illo ergo die talis nunquam tentatio in eius corpore pullulavit. Fama igitur eius crescentē venerunt ad eum monachi cuiusdam monasterij abbate vacantis: et ipsum in patre elegerunt. Qui satis recusabat: eo quod se eorum moribus minime convenire disceret: tandem instantibus acquiescit. Tunc ille discretus eos regulam servare compelleret: illique illi circa sibi non licere conspicerent: penitentes quod eum elegerant: venenum vino miscuerunt: et ei in poculum porreperunt: sed signo crucis edito: sic vitreum vas quod vinum tenebat: confregit: ac si pro signo lapidem dedisset. **Moxque intelligens:** quod illi fecerat ab eis discerere: et ad locū discrete solitudinis remeavit. Ubi multis ad eum discipulis convenientibus duodecim monasteria construxit. In vno quorū monachus erat: qui ceteris in ecclesia orantibus: mox foras exibat: et aliqua temporalia peragebat. Quod dum benedictus per abbatem illius loci didicit: illuc iit: viditque puerum nigrum monachum illum ceteris orantibus extra ecclesiam per vestimenta trahentē. Quod etiam maurum monachum videre orationem impetrauit. Egre diens ergo sanctus monachum virga percussit: et tunc immobilis in oratione perseveravit: ac si malignus spiritus eius verbera percussus fuisset. Et ipsis monasterijs tria in cacumine montis crāt: que deo: sum aquas cum nimio labore hauriebāt. Ubi sanctus pater ascendens cum puero: nocte tres lapides pro signo posuit: reuertensque domum fratribus illis mandavit: ut in locis ubi lapides erant foderent: et aquam inuenirēt. Quod et factū est: in illis locis aqua usque in presens largi se inundante. **Et tū** quidam frater circa monasterium vepres securi abscideret ferrum de manubrio profuisset: et in lacū proximum se demersit: vir autē dñi manubrium in aquā posuit: et ferrū ad suū locū enatauit. Placidus puer et monachus cū ad aquā hauriendā descēdisset: ipsum mox vnda rapuit: et in momento introitus a terra subtraxit. Quod dum sanctus in cella per spiritum cognouisset: maurū vocavit: et quod acciderat enarravit: atque ut ad eripiendū puerū

pergeret imperavit. Tūc ille cōctus cucurrit: et per terram se ire existimās: ad puerum super aquas venit: eūque ad terrā per capillos adduxit: et deinde quod super vndas ambulasset aduertit. Ad virum dei ergo veniens quod acciderat enarravit: quod abbas non suis meritis sed eius obedientie deputavit. Tunc exinde inter eos presbytero cōrentio oriretur: dum alter alterius meritis miraculum ascribebat. Placidus puer est aqua liberatus: arbiter accessit: qui dum esset in periculum melotem abbas super se existentem: seque protegentem vidisse narravit. Presbyter florentius sancto invidens: panem infectum veneno quasi pro benedictione misit: quē ille gratanter accepit. Lorum quoque qui de manibus eius quotidie panem accipiebat mandavit: ut panem illum in loco deferret: ubi a nullo hominum sumi valeat. Lorum ergo patris mandatum implevit: et post triduum reuersus solus ab eo escam accepit. Quod presbyter sentiens septem puellas nudas in hortu monasterij ludētes et canētes inmisit: ut sic vel fratres eius ad libidinem infirmaret. Quod sanctus prospiciens emulatione cessit: et quibusdam fratribus secum assumptis habitationem mutavit. Statimque solarium domus in qua erat florentius corruit: et malignam operam pressit. Benedictus autem locum non hostem mutavit. Nam ad montem cassinum veniens: replem apollinis sibi situm in sancti Johannis baptiste ecclesiam commutavit: et circumadiacētes homines ad idolatria conuertit. Quod diabolus moleste ferens: eidem teterrimus apparebat: et in eum ignem visibiliter emittebat: multaque eidem comitibus inferebat. Quadam die lapidem in terra iacentem multitudo fratrum in edificium leuare non poterant: donec vir sanctus aduenit: et demonem lapidi insidentem cōspexit: sed signo crucis edito diabolus effugatur: et lapis facilliter a paucis fratribus subleuatur. **Alia etiam vice** demō coquina monasterij ut cunctis videbat infirmauerat: fratresque omnes ut ignem extinguerēt aquā solite deferrebant: ubi autem abbas superuenit: et signum crucis edidit: omne illud incendium ut phantasia evanuit: et nihil combuisse per effectum ostendit. **Alia etiam** malignus spiritus pariter quē edificabant evertit: et puerum monachum ruina extinxit: quē vir dñi mortuum et laceratum in sacco ad se adduci fecit: et ipsum oratione suscitavit: et operi predicto eadē hora restituit. **Laicus quidam** ex deuotione semel per annum ad eum ieiunus venire consueverat. Et cū semel ad eum vadens: alterius viatoris se iungens ab eo tertio pulsatus in quodā prato comedit: et sic ad benedictum venit. Tu ille quod comederat moxque patefecit: et de gulositate redarguit: laicusque penitentiam egit. **Totilla rex** gothorum audiens: quod spiritum propheti cum haberet: eum probare volens: quendam spatium suis regis vestibus induit: et cum ma

igno comitatu: vti regem ad benedictum misit. Quem ille venientem conspiciens: mor agnovit: et vestes regales sibi non pertinentes deponeret mandavit: et spartbarius confusus erubuit. Clericū quēdā a maligno spū veracum liberavit: et tamē p̄cepit ne ad sacros ordines unq̄ ascenderet: quod si secus faceret eum demō iterato opprimeret. Cum autem clericus dudum mandatis paruisset: post tempus aliq̄ se consecrari fecit: sp̄m̄ continuo demon vsq̄ ad sp̄ritus effusionem inuasit. Vir quidā duos flascōnes vini sibi miserat: quorum alterum portor in via abscederat. Qui cū gratiarū actio ne unū accepit: sed latore ne de altero quem absconderat biberet oīno p̄hibuit. Qui confusus ab eo recessit et in flascōne occultato serpētem invenit: et de cōmisso penitentiā fecit. Filius defensoris monachus eidem cenanti cadelam tenebat: et sp̄ritu superbie in corde suo murmurabat indignum reputans: q̄ filius tanti viri illi comedenti assisteret. Quod vir dei statim per sp̄ritum agnovit: et vt cor suū contra tentationem signaret admonuit: atq̄ de manu eius lumen auferri p̄cepit. Alia quoq̄ multa cordiū secreta cognovit: et multa que ventura erāt sp̄ritu p̄phētico p̄dixit. Cū quosdam fratres ad locum cōstruendū misisset: certo die se ad illos venturū dixit: et qualiter operari debeāt indicavit. Noctē hō diem statuta p̄cedēte: abbatē et p̄posito illius loci per somnium apparuit: et qualiter locus construendus esset per signa indicavit. Cum autē visionē non crederent sed ipsum expectarēt: tandem reuerſi sunt dicētes q̄ non venerat diutius expectatus. Qui se venisse vt promiserat per visum asseruit: et q̄ vt in somnis moniti fuerāt oīa facerēt ordinavit. Quidam eius monachus tentatus de monasterio abiit: sed draconē maxīmū se deuorare nitentem inuenit: p̄territusq̄ ad claustrū rediit et in promissione perseveravit. Cū fames valida regione illam p̄meret: et quinq̄ solūmodo panes in monasterio superessent: fratrib̄ cōquerentibus diuisi iussit: ipse hō nocte in oratione permansit. Et ecce mane ducenti farine modij ante fores monasterij inuēti sunt: sed vnde: vel a quo missi fuerint ignoratur. Eodē quoq̄ tempore cū oīa que in domo erant pauperibus dispensasset: modicum olei q̄ in vitro vase remanserat: pauperi elemosynā petēti dari iussit. Qd̄ dispensator: obedire contempsit: timēs ne fratribus oleum deesset. Quod pater audiens: oleum per fenestrā abiici iussit: ne quid ibidem per inobedientiā remaneret. Cum autē vas sup̄sata delectrū: nec fractū esset: nec oleū effusum: oleum cum vase petēti tribuit: et cū orasset doctum olei: quod vacuū erat vsq̄ ad summū repletum oleum paup̄m̄ effudit. Rusticus quidam corpus defuncti filij in vlnis ad monasterium detulit: et vt puerū suscitaret: virū dei cum

lachrymis exorauit. Quem oratione premissa: ipse suscitatum patri restituit. Dulcisq̄ aliis si gnorum virtutib̄ effulsit. Scripsitq̄ monachorum regulam sanctitate p̄cipuam: sermone luculentam: quia vir dei non potuit aliter doceri q̄ vixit. Eodem anno quo migraturus erat obitum suum etiam absentibus fratribus nunciavit. Ante sextum hō exitus sui diem: aperiri sibi sepulturā iussit. Mortē correptus febrib̄ septimo die in ecclesiam portari se fecit: sum̄ pro quoq̄ viatico inter discipulorum manus: vltimum sp̄ritum inter verba orationis efflavit. Eadem hora maurus monachus longe positus: ipsum versus celos tendentem conspexit per viam: videlicet orientis per lucidam ab eius nobis vsq̄ ad celos p̄tingentem. Eius corpus in cassineū monasterio sepultū est. Quiēuit in sp̄o. xij. kalen. aprilis: circa annos domini. cccc. cxxij. tempore iustini senioris.

De sancto Benedicto papa. l. Cap. cxxv.



**B**enedictus papa huius nominis primus natus romanus ex patre Johanne

Leoni secundo in pontificatu romano suscepit: et sedit menses decem dies duodecim. Hic benedictus: ex vite sanctitate cum nomine concordavit. Et cum tam modico tempore sederit: multas tamē in vrbe ecclesias reparavit. Hic ab incunte etate ecclesie militavit. Atq̄ sic se diuinitis scripturis et cantilena a puero: et in p̄byteri dignitate nomine pariter et operibus exhibuit: vt digne ad pontificatus honorem perueniret. Paupertatis namq̄ fuit amator. Humilis: mansuetus: et in omnibus cōparentiam habens manuq̄ argissima. Hic constituit vt ad tumuladū romanū pontificē: omnes eiusdem ecclesie clerici cōuenirent: similiter et ipse in eorū faceret obsequijs. Sepultusq̄ est apud sanctū petrum. Et cessauit episcopatus mensibus duos diebus quindecim.

De sancto benedicto monacho. Cap. cxxvi.

**B**enedictus monachus in cāpanie partib̄. xl. ab vrbe milia rō i quodā monasterio fuit: etate q̄dem iuuentis: sed moribus grandævus et in scē cōuersationis regula se fortiter stringēs. Quē cum tpe totille regis gorb̄ reperissent: hunc incendere cum sua cellula mori sunt. Ignē nāq̄ supposuerūt: et i circuitu oīa arserūt: cellulā hō cōburere nequerūt. Qd̄ illi vidētes magisq̄ se uiētes: ipm̄q̄ ex suo hīaculo educētes primū accessum albanū p̄ coquēdis pantib̄ ispererūt: eūq̄ i illo p̄cecerūt: albanūq̄ clauerūt. Sed